



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

IX. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Petro Bembo S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

ris sunt lita. Ex quo gratulari mihi in mentem venit communi patriæ, quæ tot ingenia ex sese, & talia effert in hoc tempore, & artium eam optimarum tanquam officinam quandam esse credamus. Quare quod mihi eloquentiæ laudem tribuis, feci eadem quod in me fuit, ut digitum intenderem in eam viam, quam ad summum humanæ dignitatis gradum peruenit potissimum arbitratus, primus hanc ipse, aut certe cum paucis tantis. Sed nunc tam multi tanto cum studio in eam se iniiciunt, ut mirabilis concursus sit. In quo ego æquissimus spectator aliorum laudis, multos partim antecedentes iam me, partim etiam concurrentes, mira cum voluptate conspicio, faucoque impensum bene ingentis. Quo in numero cum te vel imprimis constituam, debet existimare, gratum mihi accidisse istud studium quod præ te fieri & colendi (ut tu ais) & diligendi mei. Nam quod honorem mihi hunc nouum gratularis, agnosco beneuolentiam tuam, magis iure mediisfidius illam pristinam meam vitam mihi esse gratulatus: qua ego beatibrem aliam nunquam iudicauit repetiri posse. Ut nunc res se habet, quando in hunc locum euectus sum, dabitur opera à me Deo bene iuuante, ut noster honos nec inuitis Reip. nec bonis & doctis viris infructuosus sit. Quibus quidem si non re & fortuna, at opera certe & voluntate non deerit. Nullumque maius præmium me assecutum esse putabo, quam si facultatem ero nactus, bene de illis quacunque ratione promerendi. Tu ut valeas, nosque diligere pergas magnopere à te peto. Vale. XII. Cal. Aprilis, M.D. XXXVII. Romæ.

IX.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.
Petro Bembo S.P.D.

REDDITÆ à te breui tempore epistolæ mihi sunt duæ, quarum in vna honori nostro amicissimè gratularis, altera habet definitionem facti nostri, ita accuratam & grauem, ut summus in me amor tuus cum singulari prudentia certare videatur. Sic enim occurris omnibus dubitationibus nostris, sic omnia que committi possunt, rationibus tuis diluis atque refutas: ut animus nostrus ambiguus antea & vacillans, metuensque ne quid admisisset in se, quod à reliqua via me videretur discrepare, tua nunc auctoritate firmior, & in suscepta ratione constantior multo factus sit. Quanquam illa grauissima omnium ad consolandum est ratio, si mihi in hoc loco constituto, tribuerit fortuna facultatem bene de bonis & doctis promerendi: hoc si contigerit, cætera moderate feremus. Nam quod ad ipsum me attinet, noli existimare, Petro Bembo, non me aliquantum animo commoueri, cum commo-

rem qui fuerim, quam beatè, & quam meum ad arbitrium olim
vixi. Nunc autem ex illis amplissimis atque amantissimis li-
bertatis spatiis, in breuem gyrum seruitutis sum redactus: præ-
sertim cum hic etiam honos non maiorem modò virtutem & sa-
pientiam, quam mea est: sed longè opulentiorè fortunam re-
quirit & postulet. Sed quoniam tuis præceptis constantia animi
suscipienda est, & mollicies abiicienda, sumus sanè in omni hu-
manis perturbatione fortes. Nostram perpetuam beneuolen-
tiam inter nos, amoremq; incredibilem ac singularem quo con-
iuncti sumus, equidem à mea parte tueor, tueborq; diligentis-
simè, citiusq; à vita deserat, quam ut is vllum vnquam detrimen-
tum apud me vel minimum patiatur. Tu ut eodem animo erga
me sis, quo semper fuisti, non equidem te rogo: (non enim ve-
reor te secus facturus sis) sed tamen nescio quo pacto, ut optem
mihi in mentem veni. Vale mi charissime atque humanissime
Bembe XV. Calend. Febru. M.D.XXXVII. Ex Vrbe.

X

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARD.

Andrea Alciato S. P. D.

PLINAS amoris atq; officij tuas accepi literas: quæ & quòd
profecte à te, & quòd amicè atque eleganter erant scriptæ,
plurimum mihi voluptatis attulerunt. Gaudebam enim Alciato
tibi tali viro honorem nostrum probari: quo cum iuncta qui-
dem est repentina propemodum totius vitæ commutatio, & ea
mihi molesta, nisi interdum sollicitudinem animi mei doctissi-
morum hominum atque amicissimorum, cuiusmodi es tu, gratu-
lano & læticia leuaret. Erenim scis ipse profecte, quam vitam an-
tea vivere eram solitus, quam beatam, quam liberam, quam
omnibus is fluentem rebus, quæ iucundæ hominibus in vita ac-
cederent. Quibus omnibus nunc carere est necesse, longeq;
diuitiæ & litudia & instituta sequi. Sed si hoc mihi vni incommo-
dum, ceteris fortasse vile, ac Christianæ imprimis Reipub. futu-
rum est, tu sitantissimè atque amantissimè auguraris: subeat
omne onus, & cuius iugo certines subdantur. Quamquam nil
video esse in me aptum publicis commodis, præter bene & rectè
faciendi voluntatem: quæ mihi quidem nunquam aberit. Est
enim non cura mea aliqua, sed diuino in nobis beneficio innata,
quæ si sola, & eis nuda præsidis quæ ab ingenio & prudentia sup-
plicatur, potest quicquam prodesse rebus communibus, ope-
ra quidem mea non desiderabitur. Cetera in potestate Dei erunt,
ad quem nos omnia sumus relaturi. De te verò mi Alciato, nun-
quam daturitaki quin summam lætitiã effes capturus quacun-
que ex